



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Cap. 21. Apud Tucutienses in Guairania Sancti Iosephi oppidum conditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

Animi de-  
missionem  
colit,

Et abstinen-  
tiam.

Divus Ignatius multæ  
salutariæ.

CAPUT  
XX.  
Apud Tucu-  
tienses in  
Guairanâ  
Sancti Jose-  
phi oppidū  
conditur.

Divi Ra-  
phaëlis ben-  
eficium singu-  
lare.

Ducenta fa-  
milia redu-  
cuntur.

Quindecim  
Ethnicorum  
pagi conci-  
liantur.

Simon Ma-  
çeta comme-  
datur.

CAPUT  
XXI.  
De Itinere  
ab Antonio  
Ruisi aper-  
to, & D. Xa-  
verii colo-  
niae augmē-  
to

matris effunderetur; zelusque animarum, religiosæ disciplinæ amor, & precandi studium. Animi verò demissionem per hoc maximè ostendit, quod Provinciales de eo in media Barbarie versante ad altiorem gradum promovendo obliti, ne verbo quidem questus sit, donec post quadraginta Societatis annos tria solemnia vota profiteri juberetur. Poma, uvas & reliqua hortorum refrigeria, ceterasque gulæ illecebras, usque ad octogesimum ætatis annum, quem lethalem habuit, gustare conanter renuit: quod quam in torrido hoc climate laboriosum sit, ut olim Fildius noster experimento, sic jam ex præmio abunde in Cœlis cognoscit. Ibidem multæ mulieres, implorata Divi Ignatii ope, ab periculoso partu liberatae, & agri à noxis rebus indemnes permanse: quibus portentis crevit apud omnes ordines erga Divum Ignatum veneratio, adeò jam publica, ut Episcopatus gubernator, nequicquam reclamante Ecclesiæ Cathedralis provisore, anathemate intentato jussit ultimum Julii diem in ejus honorem festum esse.

**N**ICOLA O Durando Provinciali, in eadem urbe Collegium insipienti, Antonius Ruisius Provinciae sue rationem redditurus occurrit, & Petro Spinesâ Socio, ab Barbaris postea trucidato, auctus, Guairaniam repetiit: quod, antequam, confectis in itu & redditu trecentis leucis, appelleret, lubuit per intacta nemoña sylvestres Indos indagatum ire. Sed, Socio adhuc his laboribus inassueto, post unius diei cum senticetis eluctationem, crus adeo acerbè doluit, ut ultra progreedi, & iter ad relicta navigia telegere posse desperaret. Verum Ruisius, invocato Divo Raphaële viatorum duce, cœlitus compendiosa viae indicium accipere meritus, cum socio etrure laborante unâ horâ iter unius diei confecit. In Guairaniam redux, Tucutienses populos cum Simone Maçeta subjugare aggressus, omnia in proclivi habuit. Tucutienses populi erant inter vetera Guaitanæ oppida, & novam Divi Xaverii coloniam, mediæ. Ex qua gente nongenta circiter capita Cataldinus Laurerum traducta ante septennium Christianis addiderat. Cum ergo magnum emolumen speraretur, si vetera oppida cum Divi Xaverii colonia, novâ inter Tucutienses coloniâ constructâ, connecti posset, omnem conatum, ut id fieret, Antonius Ruisius adhibuit: nam præterquamquod intolerabile & tortum per Tibaxivam, vadis & scopulis impeditissimum flumen, quod ante ibatur, iter esset, non turum erat indomitos populos à tergo relinquare. Præparatis itaque rebus omnibus ad foundationem novi oppidi necessariis, Antonius Ruisius & Simon Maçeta se dant in viam. Ibant per intactas haëtenus sylvas sine itineris indicio; donec Tucuentium Casiquii filius obviam ultrò occurreret, quo duce reliquum vias sine via permensi, id etiam incommodi percepérunt, ut Neophyti, Sociorum comites, metu insidiarum concepto, suspicarentur ab Casiquio missum filium, ut ad se perductos Patres trucidaret. Sed postero die suspicione evanuete, Casiquio obviam etiam progesio, pagumque suum ad construendum destinatum oppidum ultrò offerente. Gratior fuit Casiquii voluntas quam locus, qui quod in profunda valle esset, aër etiam respiratione deficiebat. Bonâ igitur ejus veniâ commodiori in loco oppidi fundamenta posita sunt. Nec diu fuit, cum ducenta circiter familiæ ex circumiacentibus sylvis fundationi nomen dedere. Oppidum templumque Divo Josepho, omni circum Barbarie plaudente, & frenidente dæmone, consecratum est. Cui postmodum accessere sex vicorum incolæ; & quindecim alii pagi spem fecere eò se aggregatum iri. Simon Maçeta, solus eo in oppido relictus, ea patravit tolerarique, quæ in novis coloniarum fundationibus patrati tolerarique solent. Nec admiratione caruit, hominem unum in media barbarie tot hominibus cicurandis, erudiendis, Sacramento initiandis, fabricandis domibus, templo erigendo, atque hujusmodi sexcentis rebus, fabis & radicibus pro omni cibo contentum, corpus variè vexantem, sine valetudinis detimento insistere potuisse.

**E**X novo Divi Josephi oppido Ruisius ad Divi Xaverii coloniam viam aperire per se conatus, ob montium arduitatem, sylvarum densitatem, & sylvestrium Barbarorū ferociam, inextricabilibus pænè se difficultatibus implicuit. Post aliquot

dies